

SS 1734

145

# LECTIONES PVBLICAS ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM

IN ACADEMIA LUDOVICIANA

DEO DVCE ET AVSPICE HABENDAS

# RECTOR

# IO. GEORGIVS LIEBKNECHT,

SS. THEOL. DOCTOR, EIVSDEMQUE ET MATHEM.  
PROF. P. ORDIN. DISTRICT. MARPVRG. SVPERINT.

A CONSIL. ECCLES. ET STIPENDIATORVM  
EPHORVS,

# VNA CVM VNIVERSO SENATV ACADEMICO

INDICIT ET AD EAS SEDVLO AVDIENDAS GENE-  
ROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIVM FACVLTATVM  
STVDIOSOS PERAMANTER INVITAT.

D. XXV. APRILIS ANNO MDCCXXXIV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G I E S S A E,  
TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



*In Facultate Theologica.*

## D. IO. IACOBVS RAMBACH,

*Professor Theologiae primarius, nec non Superintendens primus,  
& Consistorii Assessor, b.t. Fac. Theol. Decanus.*

**L**ectionibus exegeticis in psalmos Davidicos & Salomonis  
Canticum ad finem perductis, *praecepta homiletica* hora XI.  
publice ita explicabit, vt Auditores de rebus sacris ordinate, per-  
spicue, ponderose & eleganter verba facere discant, selectis exem-  
plis regulas & cautelas omnes illustraturus. *Priuatum ex campo*  
theologiae dogmaticae, nuper absoluto, in sacrarium theologiae  
*moralis*, se conferet, duabus per diem horis IX. & III. hoc se-  
mestri aestiuo absoluenda. Perget insuper in *idea Studio* theo-  
logiae declaranda, ac meditationes quoque exegetico-practicas  
*in pericopas epistolicas dominicales* continuabit.

## IO. GEORG. LIEBKNECHT,

*Theol. D. Prof. P. Ord. Superintendens & Consistorialis.*

**L**ectiones Anti-Socinianas hor. IIIX. continuabit, nec non Dn.  
Commilitones in *exegeticis & homileticis*, in quantum Recto-  
ratus labores & molestiae permittunt, statis horis exercebit.

REIN-

# REINH. HENR. ROLLIUS, D.

*Prof. Publ. Ord. Consistorii Principalis Assessor & Disfr.  
Alsfeld. Superintendens.*

**S**epositis paulisper, quibus hactenus occupatus fuit, laboribus polemicis, publice hora X. *Historiam Ecclesiasticam N. T.* ad ductum Summarii RECHENBERGIANI præleget, rariores & accuratiores B. FECHTII, viri in hoc studiorum genere longe versatissimi, *Commentationes MSS.* ubique collaturus. *Privatum* hora II. in explicanda *Theologia Dogmatica* perget, eamque ad finem, si Deo ita visum fuerit, hoc ipso semestri perducere studebit; hora vero IV. *Historiam universæ Theologie*, singularemque ejus partium, *literariam* (de cuius utilitate ac necessitate graviter differuit BUDDEUS in luculenta præfatione, quam operi suo præmisit) propinabit, summa illius capita in calamus dictaturus, perpetuoque discursu illustraturus. Continuabit & *Disputationes in Theologiam RUDRAUFIANAM*, diebus *Mercurii & Saturni*, ab hora II. ad IV., quemadmodum in prolusione de requisitis ecclesiæ ministrorum propriis ad Tit. I, 9. superiori anno publice impressa, in se recepit.

# JO. CONRADVI ARNOLDI,

*S.Th. D. & Prof. Ord. nec non Acad. Bibliothec.*

**P**ublice, hora II. Theogiam Exegetico - porismaticam, ex Euangeli S. Matthaei, V. D. persequetur, dumque filum illius ad Historiam Passionis, Mortis & Resurrectionis Christi huc usque ductum est, eandem hoc semestri aestiuo, explicando, & ad usum salutarem applicando absoluet. Privatim hora X. Theogiam dogmaticam, secundum ductum Compendii Baieriani, rursus auspicabitur, methodo consueta Thetico-an-

\* 2

tithetica

tithetica tractandam. Addet etiam Collegium Theologiae Polemicae Generalis, de Veritate Religionis, tum Christianae in genere, tum Augustanae Confessionis, seu Lutheranae, in specie, contra Romanensium calumnias & novitatis culpationes, solide ex verbo Dei defendendae. Vsum porro Bibliothecae publicae ad comparandam Auctorum notitiam literariam, Dnn. Commilitonibus hujus rei Studiosis, tempore solito, lubentissime commonstrabit.

### *In Facultate Juridica.*

**JO. FRIEDERICVS KAYSER,**

*J. U. D. & P. P. Ordin. & Primarius, nec non rerum Oeconomicasum in hac Alma Ludov. Inspector.*

**H**Ac aestate novum Collegium Jurispubl. ad ductum Hornii, cum quo simul Ill. Petri Ludervigii singularia conferet, nec non Collegium Pandectarum ad Compendium Lauterbachianum aperiet, & in aliis quoque legitimae scientiae partibus, pro desiderio Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum, operam & industria-  
am suam libenter impendet.

**D. JO. FRIEDERICUS WAG/**

*P. P. O. & Acad. Syndicus.*

**P**Ublice STRUVII Jurisprudentiam Romano Germ. forensem explicabit. Privatim vero Collegia ad Institutiones, Pandectaras, vel Jus Canonicum pro desiderio Dnn. Commilitonum aperiet.

**D. IO. GEORGIVS ESTOR,**

*Prof. Iur. Ordin.*

**I**N publicis scholis ita explicabit ius feudale, vt praemissis Longobardorum scitis, Germanorum consuetudines clientelares tam

tam ingenere doceat, quam in specie commonsteret singularia Germaniae prouinciarum hoc in argomento. Quibus super addet vsum fori, summorum praesertim imperii tribunalium & curiarum patriarcharum feudalium. Praeter priuatissimas horas priuatim commentabitur ad Institutiones Iustiniani. Et ubi per temporis rationem licebit, ius canonicum pariter exponet, sic quidem ut mentem Pontificis non incrustatam, sed genuinam ubiuis aperiat, ostendatque, quid hoc in iure doceant Catholicos? & tandem cuius titulo subiungat Protestantum tradita.

*In Facultate Medica.*

**D. JO. CASIMIR. HERTIUS, P.P.O.**

PUBLICE characteristicas plantarum notas denuo exponet. Privatum vero ad Splanchnologiam progredietur, eandem quoque juxta Compendii Heisteriani ductum illustraturus.

**D. IO. MELCHIOR VERDRIES,**

*P. P. O.*

CVRsum Medicinae, Deo volente, publice & priuatim, prosequetur, in primis *Methodum medendi* cum *Diaetetica* & *Pharmaceutica* Medicinae parte luculenter exponet: omnique opera & studio commoda diligentium Philiatrorum promouere allaborabit.

**LVDOV. HENR. LEO HILCHEN,**

*D. Medicin. P. P. Ordinar.*

PUBLICE febrium Historiam Pathologicam, Semioticam & Therapeuticam; priuatim Methodum tuendi & restituendi sanitatem exponet, neque in aliis Medicinae partibus studium & operam desiderantibus denegaturus.

**D. GER-**

( 8 )

---

**D. GERARDUS TABOR, P.P.O.**  
Solenni prius Oratione habita, bono cum DEO collegia tam  
publica, quam privata auspicabitur.

---

*In Facultate Philosophica.*

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*P. P. Ord. h. t. Decanus & Acad. Senior.*

PVblice Trigonometriam hor. I - II. docebit, priuatim vero  
Institutiones Architecturae Militaris & Civilis continuabit.

**IO. MELCHIOR VERDRIES, D.**

*Physic, P. P. O.*

CVrsum Philosophiae naturalis denuo occipiet, idque ope-  
ram dabit sedulo, vt solertioribus Auditoribus vtile dulci  
& iucundo hic mixtum satis superque perspicere & experiri in-  
tegrum sit.

**CHRIST. FRID. AYRMANNVS,**

*Hist. P. O.*

PRomissas superiori semestri lectiones publicas ad effectum  
studebit perducere, priuatim quoque muneri suo haud de-  
futurus.

**JAC. FRID. MULLER, P.O.**

A Bсолuta in lectionibus publicis expositione principiorum co-  
gnitionis humanae, resumet doctrinam Logicam secundum li-  
neamenta à se ipso ducta tradendam. Praeterea si quibus animus  
fuerit Jus Naturæ nec non Politicam, & utramque quidem sci-  
entiam novo cultiorique habitu indutam addiscendi, sibique  
per id ad studium Juris Civilis viam commodiorem aperiendi,  
omnes

Omnes animi nervos intendet, ut Auditoribus solidæ cognitio<sup>n</sup>  
nis cupidis satisfiat.

## IO. LUDOVICVS ALEFELD,

*Poës. Prof. Ord.*

PUBLICAS HORAS EXPLANATIONIBUS LIBR. XI. & XII. Aeneidos dicabim: priuatas ita distribuet, vt non solum iis, qui poëtica Musarum sacra colunt, sed senioris etiam solidiorisque philosophiae studiofis pro virili parte satisfaciat.

## ERNESTVS FRID. NEVBAVER,

*Antiquitatum, nec non sacrarum & orientalium linguarum*

*P. P. O.*

ANIMUS EST, publicis lectionibus Salomonis libros, videlicet proverbia, ecclesiasten & canticum cantorum, in fonte ebraeo ita interpretari, vt non verus solum ac genuinus sensus ostendatur; sed insignes etiam linguae sanctioris diuitiae, in his cum primis libris latentes, eruantur. Praeterea quae in epistola ad ebraeos explicanda restant, ea diebus sabbati ad finem perducere non intermittet. Priuatum vero praeter collegium fundamentale-practicum, secundum DANZIANA principia instituendum, collegia etiam, quae vocantur, cursoria in vetus aequa ac nouum testamentum, aut quosdam speciatim libros, pro luctu Dominorum auditorum, aperiet, iis haud defuturus, qui antiquitates ebraicas adcuratius pernosse cupiunt. Denique ut ex linguis orientalibus chaldaeam, syram atque ex parte rabbinicam, selectioribus ingenii adhuc praecepit instillauitque: ita per futurum semestre aethiopica, arabica, aliaue, Deo volente, tradet. Neque non in varia vtriusque foederis loca, ac selectiora antiquitatis ac philologiae sacrae capita, disputationes habebit publicas, si adsint, qui respondentium in se officia suscipiant.

CHR.

# CHRISTIAN. LVD. GERSTEN,

*Math. Prof. Ord. Soc. Reg. Lond. Soc.*

PVblice Mathefeos mixtae, yti vulgo vocari solet, cursum auspicabitur: Priuatim in quacunque Mathefeos parte studiosae luuentutis desideriis respondere pro viribus allaborabit.

# IO. HERMANNVS BENNER,

*Elog. Prof. publ. ord. & Paedagogiarcha.*

HOris publicis artem oratoriam persequemur; inde progres-  
suri, vbi nuper substitimus in celeberr. HEINECCII funda-  
mentis stili cultioris: HORATII odas alternis diebus ita resol-  
uemus, vt *inuentio dispositio & elocutio singularum dilucide adpa-*  
*reat.* Priuatim id agemus, vt praceptiones ad vsum perpe-  
tuu m transferantur.

# CHRISTOPH. LVD. RVDIGER,

*Prof. Phil. extraord. Definitor & V. D. M. cnicus.*

AD calcem nuper admodum in praeceptis artis heraldicae  
tradendis, cum sit dēcursum; id operam dabimus, vt &  
in publicis praelectionibus, cel. *Wolfi* cogitationibus rationa-  
libus de viribus intellectus humahi., in quibus enucleāndis ad-  
cap. VI. peruenimus, summam tandem manum admoueamus.  
Nec non de officiis hominis in statu naturali & ciuili degentis,  
ad aureum *Puffendorffii* de O. H. & C. libellum, acroafes ordi-  
ri, animus est.

---

Abebunt etiam Generosi & Nobilissimi Ciues commodissimam occasionem,  
in arte equestri, in Indo palestra, in arte commode & perite saltandi; nec  
non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum, & lin-  
guarum Magistros, publicā auctoritate constitutos, habiles admodum &  
idoneos, proficendi, profectus suos augendi partamq; habilitatem perficiēndi.